

DIE XVIII. FEBRUARII.

B. LAURENTII A RIPAFRACTA CONF. ORD. PRÆD.
DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatum Lauréntium, Confessorem tuum, reguláris disciplinæ studio et caritatis ardore claréscere fecisti : ejus nobis intercessione concéde ut perfectiora semper exsequentes & aeterna gaudia consequámur : Per.

DIE XIX. FEBRUARII.

B. ALVARI CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatum Alvarum, Confessorem tuum, caritatis et poenitentiæ donis insigniter decorasti : da ut, ejus intercessione et exemplo, semper Christi mortificationem in corpore & et tui amorem in corde geramus : Per eúmdem.

DIE XXI. FEBRUARII.

B. AIMONIS TAPARELLI CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

OMNIPOTENS et misericors Deus, cui servire regnare est : per mérita et intercessionem beati Aimónis Confessoris tui, quem eximium fidei propugnatorem effecisti & concéde ut mandatis tuis fidéliter serviéntes in terris, aeterno regno pérfrui cum ipso mereámur in cælis : Per. In j. Vesp. Memoria S. Valentini Presbyteri et Martyris.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui beati Valentini Mártyris tui natalitia colimus & a cunctis malis imminéntibus ejus intercessione liberémur : Per.

DIE XXII. FEBRUARII.

CATHEDRÆ S. PETRI ANTIOCHIÆ.

DUPLEX.

Omnia ut in festo Cathedræ Romanæ, die xvij. Januarii, omissa Memoria S. Priscæ.